PETRUS COMESTOR. PS.-DIONYSIUS AREOPAGITA

Kaufbeuren, 1457

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31284
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

tegebant et sic artificiose sibi adhere-
bant ut quando claudebantur exteriores clau-
debantur similiter et interiores. Nullus enim
in templo nocte remanebat qui clauderet
eas intrinsecus. Cumque aperiebantur exteriores
aperiebantur similiter et interiores, propterea dictum
est ostium duplex erat et semiinvicem te-
nens aperiebatur. Porro in pariete ora-
culi fecit duo ostia de lignis olivarum
et postes angulorum quinque ut in quinto an-
gulo medio cardines affixi starent
circa quos ostiola movebantur. Et erant in
ostiolis celature cherubim et palme.
Quidam tamen dicunt postes angulorum quinque
subaudi cubitorum erant. In oraculo autem
erat archa et propitiatorium et cherubim
que fecerat moyses in deserto. Fecit autem
salomon duos cherubim de lignis oliva-
rum decem cubitorum altitudinis stantes super
pavimentum in lateribus arche et habentes
pedes obliquos quasi ad iubilandum et ele-
vatos opertos auro purissimo habentes
alas aureas singulas quinque cubitorum
quarum due extendebantur super archam et ob-
viam sibi venientes coniungebantur super eam
tegentes situarium infra se positum. Ali-
as autem duas extendebant alterinsecus
ad parietes ita ut ala unius tangeret
parietem et ala alterius parietem alterum. Por-
ro extra parietem in sancta posuit mensam
ad aquilonem et candelabrum ad austrum
inter que medium erat altare aureum
quod fecerat moyses in deserto. Et preter illud
candelabrum posuit alia candelabra
aurea eiusdem schematis sed maioris quan-
titatis quinque hinc quinque inde. Similiter cum
mensa quam fecerat moyses posuit ali-
as decem mensas eiusdem schematis sed maio-
ris quantitatis quinque hinc quinque inde.
Inter hec autem posuit altare thimiama-
tis et vestivit illud cedro quod etiam
dicitur altare oraculi id est coram oraculo. Per hoc
intelligitur fuisse aliud altare quam
quod edificavit moyses. Illud enim erat
de lignis sethim circumtectum ex omni par-
te auro. Istud autem erat vestitum cedro

Proinde intelligitur hoc altare fuisse
de lapidibus quos ferrum non tetigit et
erat opertum per circuitum tabulis cedrinis
sed et ille opte erat ex omni parte laminis
aureis. Cuius quantitatem non memini me
legisse. Illud vero modicum altare quod fe-
cit moyses in deserto forte repositum erat
in sancta sanctorum. Non ad usus cottidianos
thimiamatis sed ad aliquos usus sin-
gulares quando semel in anno ingrediebatur
sacerdos cum sanguine. Hoc autem inde potest
perpendi quia dicit apostolus in sancta sanctorum fuisse
aureum thuribulum. Et hic erat orna-
tus templi in interioribus. De porticu

A facie vero templi erat porticus que in evan-
gelio dicitur vestibulum templi habens
columpnas ereas in longitudine sui di-
spositas. In medio quarum erant due mi-
rabiliores ceteris posite ante fores
templi habentes in medio sui spatium de-
cem cubitorum secundum latitudinem porte tem-
pli quarum talis erat compositio. Sti-
lus vel stipes columpne habebat decem
et octo cubitos altitudinis non planus
sed vallaculatus habens in circuitu ca-
nales cavatio- | Triginta quinque cubitorum
nis quatuor | altitudinis ut legi-
digitorum et erat | tur in paralipomenon
fusilis et linea xii cubitorum ambi-
ebat illum si quis vellet rotunditatem
cingere vel forte in medio columpne
linea ope fusili circumducta erat. Epi-
stilium vero columpne super quod locandum
erat capitellum latius erat stipite et
rotundum ope reticulato celatum. Capi-
tellum autem suppositum epistilio fusile
erat et quinque cubitorum altitudinis
in suprema parte erat liliatum. Latera
vero ipsius ex omni parte in modum retis
et catenarum erant contexta adeo arti-
ficiose ut retia et cathene magis
viderentur apposita quam insculpta vel
quia solida non erant perforata undique
fusa sunt ut connexiones retis formam
exprimerent. Septena vero sunt reticula
erant in capitello uno id est septem ordines

[Marginalia: pentagulos — De duobus cherubim in templo locatis — de porticu — Fac ypallagen id est usque vii ordines reticulorum]